

161.

Landgraf Hermann I. bestätigt einen zwischen dem Kloster Pforte und seinem Ministerialen Bernolf von Rudstedt gemachten Tausch, nach welchem der letztere 2 Hufen zu Ramsla gegen 1½ Hufen zu Vehra eintauscht. 1211 [September—Dezember].

Hdschr.: Kop. Perg. (Saec. XIII) Diplom. Portense fol. 35^b und Transsumptbuch (Saec. XVI) fol. 142^b. Bibliothek 5 der Landesschule Pforta. Phot. H. St. A.

Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforta 96.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus dei gratia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus. Notum facimus omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, quod Bernolfus de Rudestete ministerialis noster de quibusdam bonis suis, 10 videlicet manso uno et dimidio aliisque attinentiis, sitis^a) in villa, que dicitur Ver, et ad ipsum iure proprietatis spectantibus concambium fecit cum fratribus Portensibus hoc modo: Possidebant in villa predicta fratres iam dicti grangiam unam et, quia bona hec sub cultura^b) eiusdem grangie redigi poterant^c), convenerunt pro contractu eorum cum prefato ministeriali nostro ipsique fratres, ut ecclesie bona supra dicta contraderet, duos 15 mansos ecclesie eorum attinentes, sitos in villa, que Ramsla dicitur, Bernolfo restituere promiserunt. Qui condicto huic consentiens permissionem et consensum nostrum super hoc petiit et obtinuit. Itaque factus est idem contractus iuxta tenorem premissorum in presentia nostra, annuentibus nobis et iam dicti Bernolfi heredibus, Herdeino^d) scilicet et aliis consentientibus, tradiditque Bernolfus bona memorata monasterio Portensi libera et 20 absoluta ab omni iure advocatie et qualibet exactione et obligatione et recepit ipse a fratribus eiusdem monasterii pretaxata bona a iam dictis impedimentis nichilominus libera et absoluta. Ut autem factum hoc firmum et inconvulsum perseveret imperpetuum, paginam hanc inde conscriptam auctoritate nostra confirmamus et sigilli nostri inpressione et 25 testium subscriptione comunimus. Testes sunt: Prepositus Babenbergensis maioris ecclesie^e). Ekehardus^f) prepositus Goslariensis. Hermannus advocatus de Saleke. Heinricus marscalcus lantgravii. Heinricus de Crozene. Hertwicus de Liuenstete^g). Heinricus de Rogeliz et quam plures alii. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M. CC. XI, indictione XV.

162.

Frankfurt, 1212 März 20. 30

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 177. Das an rothen Seidenfäden befestigt gewesene S. ist nur in einem größeren Bruchstücke vorhanden.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 9,1. Böhmer-Ficker 473.

König Otto IV. bestätigt die Stiftung und Ausstattung eines Klosters und eines 35 Hospitals zu Leipzig durch den Markgrafen Dietrich und bestimmt, daß die Vogtei beider Häuser mit der Markgrafenwürde unzertrennlich verbunden bleiben solle.

161. a) suis Transsumptbuch. b) culturam Transsumptbuch. c) non poterant Dipl. d) Herdenio Transsumptbuch. e) maioris ecclesio cathedralis Transsumptbuch. f) Ekehardus fehlt Transsumptbuch. g) Lieuestete oder Lienostote Transsumptbuch.